

Lazaro suscitato, dixit Christus Apollolis; Solvite, & si-
nite abire, Joann. 11.

QUE, QUALIUM, CONFESSIO propria
Peccatorum in genere,

Apud Lacedaemonios, si quis in peccato deprehensus fuis-
set, is cogebatur aram quandam, quae erat in urbe, circumire,
ac vituperationem interim in se ab arte compositam canere:
quod nihil aliud erat, quam seipsum sua voce oburgare. In-
genii pudore, & laudis amore melius dicuntur ad honesta
virgis aut flagris caedi, fervile est. *Plut. in Lacon.*
Nero Caesar filius fuit Domitii Enobarbi feclestissimi viri,
& Agrippinae Germanicae filiae, tam infelici genitura editus in
lucem, ut pater Domitius, ex se, atque Agrippina nihil quic-
quam nisi detestabile in perniciem reipub. posse nasci aperte fa-
teretur. *Suetonius.*

Ignorantia.
*Consule Tit. Regum Is. Senum, qui discere non erubuerunt,
ignorum, qui a servis aut pueris didicerunt.*
Ovidius 3. de Pent. de seipso sic scribit:
Ipse ego librorum videro delecta meorum,
Cum sua plus iusto carmina quisque probet.
Imprudencia.

M. Cato major, jam senex trium pertotam vitam se penitere
dixit: si mulieri a cana sua detexistet: si mari profectus esset,
quo terrefit inire eundi facultatem habebat: si per negligentiam
diem frustra elabi permisset. *Fulg. l. 7. c. 2.*
Invenitia bellice.
Agesipolis Pausaniae filius, cum quidam dixisset, ipsum
cum rex Spartanorum esset, cum aequalibus suis fuisse obse-
dendi, non liberos, aut uxores eorum: Et quidem non iniuria,
inquit. Par enim est, ut & nos nostrum strata feramus. Indicans,
si quid calamitatis in bello accidit, plerumque ducum impruden-
tiam fieri: par igitur esse, ut delicti poenas etiam dent pra
caeteris. *Plut. in Lacon, Apophth.*

PERSEUS philoſophus ab Antigono profectus fuerat imposi-
tus Acrocorintho, quam dum Aratus Sicyonius oppugnat,
evasis Cenchras. Huic post perhibetur inter disputandum di-
centi, Solus videri sibi sapientem esse ducem, respondisse.
At ne hercule id mihi quoque ex Zenonis praecipis quondam
in primis placuit. Nunc mutavi sententiam, ab juvene Sicyo-
nio correctus. *Plut. in Arato.*

M. Ter. Varro, L. Pauli collega, cui a senatu gratiae actae,
sunt post Cannensem eladem, quod seipsum non deseruisset,
non vitae cupiditate, sed Reip. amore superfuisset, reliquo
aetatis suae tempore approbavit. Nam & barbam capillumque
submitit: & postea nunquam recubans cibum cepit: hono-
ribusque, cum ei deferrentur a populo, renuntiavit: dicens,
felicioribus magistratus Reip. opus esse. *Front. l. 4. c. 5.*

Calliditatis.
Recepit Fabius Maximus Tarentum a Prens nocturna pro-
dione, qua arte fuerat ab hoste captum. Urbis igitur aliena-
tione ad Annibalem delata, Tarentum (dixit) amissum, ea
arte, qua ceperamus. *Sab. lib. 9. c. 11.*

Intemperantiae.
SERAPION Abbas, juvenis adhuc sub Theona praeposito,
edacitatis morbo tentatus, post nona refectioem maxima-
cium furto sublatum vesperti latenter comedere confueverat.
Sed tandem conscientiae stimulo agitur, coram Abbate pro-
stratus, peccatum confitetur, & cum penitentiae merore
D veniam exposcit. Vix dum verba finierat, & flamma de sinu
gignit, in quo maxime recondere solitus erat, & promicans,
intolerabili fœtore cellam, in qua erant, replevit. Ille nun-
quam postea tali edendi aviditate se pulsatum sensit. *Marul.
lib. 4. cap. 11.*

Ambitionis.
ZENOBIA Palmyrenium regina ab Aureliano Augusto ca-
pta, & interrogata, qua re freta, quare se Romano Imperato-
ri ausa esset? respondit: Te, qui vincere scis, Imperato-
rem agnosco: sed Galienum, Aureolum, atque alios iis si-
miles, nunquam Imperatores duxi. Itaque si optatis meis for-
tuna respondisset, Imperii confors, & socia tibi esse volebam.
Fulg. lib. 6. c. 4.

Iracundiae.
Claudius Caesar, iracundiae conscius sibi, utrumque
ex cusavit edito: distinxitque pollicitus alteram quidem bre-
vem, & innoxiam, non habens alteram, sed in facie scriptura-
rum acerbillimi domini: mater autem ex lupanari, nimirum
quam huiusmodi ducece potuit. *Suetonius.*

Iracundiae.
ATTILA Hunnorum rex, e pugna Catalaunica veniens,

everfurus reliquis Galliae civitates, interrogatus a D. Lupo
Trojanis antistite. Quisnam esset, quitor regibus devictis, cum-
sta vi sibi subderet. Ego, inquit, sum rex Hunnorum, flagel-
lum Dei. *N. Olaus c. 9. in Attila.*

Morsificatis.
Edito Atheniensibus oraculo, unum esse in urbecivem,
qui omnium sententis repugnat, ibi quaestionem decernenti-
bus Atheniensibus, qui ille esset, fremencibus agat: Phocion
esse cum edidit se. Soli namque sibi, quae vulgus agat, & di-
cat non probari. *Plut. in Apophth.*

Incredulitatis.
Pater pueri lunatici. *Vide exempla S. Scripturae.
Injuria cuiuscumque.*
Filii Jacob, patriarchae, decem numero, in Egyptum pro-
fecti, cum pro exploratoribus in vincula coniecti essent a Jo-
seph Aegypti praefecto, fratre ipsorum, quem viderant, ne-
que cum cognoscebant: coeperunt inter se dicere, in cas angus-
tissimose redados ob impietatem erga fratrem Joseph commis-
sam: atque adeo Ruben testabatur, eos se fœmonis, ne id
sclus in puerum committerent, sibi non obtemperasse: nunc fan-
guinis illius poenas expecti. Sic semper conscientia improborum
regit. *Gen. 42.*

Semei Gera F. qui Davidem exulem gravissimis calamitatibus
affecerat, eidem in regnum reduto, cum mille Beniamitis ob-
viam primus ex Josephidis factus, supplex veniam petit, pec-
catum suum fatuus. David ei ignovit, & Absai cum ulcisci vo-
lentem, comobuit. *2. Reg. 19.*

AGAMEMNON, rex a Nestore in convivio oburgatus, quod
Achilli Briseida eripuisset, eaque iniuria a Graecis heroem ab-
alienasset: sum fatetur peccatum:
A. J. idilio 2. p. 502, dicitur t. 1. v. 502.
Cum Herodes Judaeorum rex multa contra Patres mores in-
stituerat, anno regni eius xlii. decem Civos conjuraverunt,
sicaque vestibus abscondentes in theatrum profecti, sperabant
aut ipsam regem, aut certe multos ex aulae eius opprimen-
dos. Quidam vero ex his, quos Herodes ad perforanda, &
indicanda talia disposuerat, regi theatrum ingressuro insidias
aperit. Ergo in regiam se recipiens, nominatim conjuratos ac-
cessit. Qui comprehensi in facinore, nihil insidiat, interito
vultu ficas protulerunt, profitentese recte, ac pie conjura-
se, non propter privatos affectus, aut sui commodi gratia, sed
pro disciplina publica, quam nemo bonus violare, ne morte
quidem sibi intentata, sustinet. His didis magna confiden-
tia, a regis abducti, per omnes cruciatus necati sunt. *Joseph.
lib. 15. c. 11. Antiq.*

Promiserat quidam Ambrosio Pareo felicissimum chirurgum
quinos aureos, si catharactam oculos obfidentem detrahe-
ret. Accepta conditione, Pareus, cum ex voto successisset
operatio, prolatis chirotheis, eoque spectaret, interro-
gat. Tum aeger, pretii retinendi cupidus, nihil dum luchi sibi
videri profectus est. Dolo animo verso Pareus, quasi rectius
operaturus, pelliculam non minori, quam detraxit, detra-
ctatate reducit, oculumque de integro inumbat, & ex habes,
inquit, tuae improbitatis condignum premium. Tum aeger,
exclamans, vidisse se probe, erroreque confessus, non prius
sanitatis restitutus est, quam viro, aliquo lucro fordidio mi-
nimè intento duplicatum pretium condixisset. *Guiliel. Arz-
si Hippocrate.*

Ignobilitatis.
Agathocles Siciliae tyrannus, ignobilitatem generis aperte
facebatur, abacumque suum scitilibus tantum instrucebat, esse
Austonio.
Querenti causam, respondit: Rex ego qui sum
Sciencia, sigulo sum genitore fatus.
Fortunam reverenter babe, quicunque repente
Dives ab exili progrediere loco.

Bion genere Borythenites fuit. Cum ab illo rex Antigonus
sciscitaretur:
πῶς πῶδ' οὖν εἰς ἀνδρῶν, πῶς οἱ πόλις, ἢδ' οἱ κῆρυες:
Ede tuum nomen, patriam, genus, atque parentes:
sentiens se ab aliquo traductum fuisse apud regem, sic respon-
dit: Pater quidem meus libertus fuit, umbro se tergens (signi-
ficabat autem, illum succidium, & lardum vendere solitum)
Borythenites genere, non habens faciem, sed in facie scriptura-
rum acerbillimi domini: mater autem ex lupanari, nimirum
quam huiusmodi ducece potuit. *Deinde pater nescio quid in-
rem*

rem publicanorum committens, cum tota domo venundatus
A. est. Me adolefcentulum haud ingratum orator quidam emit-
tis mortens, mihi omnia reliquit. Ego tabulas ipsius exurens,
Athenas concessi, ibique philoſophatus sum.

Talibus tibi gratias, quibus gratias ad gratias tui. hoc est:
Huius me esse patris, generis me gloriator huius.
Augustus Caesar nihil amplius, quam quaeſtrii familia ortum se
scribit, veteres, ac loeuplete, & in qua primus Senator pater suus
fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat Restio-
nem, ex pago Thuringo, avum argentarium. *Suet. in Aug.*
VESPASIANUS Imp. factus, mediocritatem pristinam neque
dissimulavit unquam, ac frequenter etiam pra se tulit. Quin &
conantes quosdam originem Flavii generis ad conditores Rea-
tonis, comitemque Herculis, cuius monumentum extat via
Salaria, referre, irrisit ultro. *Sueton.*

VILLEGISUS archiepiscopus Moguntinus XXXIV. patre
rhedario natus, & ab Othone III. Imp. primus in Electorum
numerum cooptatus: ne superbia efferretur, affidit secum
recobate. Quis fis, qui fueris, memento. Ideoque in parietibus
sui oratorii rotas depinxit, ac suspendit, hac inscriptione:
Villegis, prioris tuae fortunae memor, qui nunc fis, considera.
Nanclet. *Greg. lib. Brunctius de Episcopatu.*

Benedictus XI. Pp. cum humili genere natus esset, ad sum-
ma provecus, non erubuit paupertatis suae primordia. Mater
eius, dum adhuc inter monachos ageret, fratribus vestimenta
abluit. Jam pontifex factus, illam voluit in urbe videre,
justitiae adeste. Ubi venit, matronae illam, ut pontificis ma-
trem, fummis honoribus exulcrant, vestibus exornantes, pro
magnificencia suum principatum in filio. Productam in conspe-
ctum pontificis, pontifex agnosceret dissimulavit: Ego, in-
quiens, matrem in illo ornamento non agnosco, non eam ta-
lem reliqui, averfuce, fecit cunctos, qui honoris illam gra-
tia deduxerant, erubescere. Exeuntes autem, pannos exu-
vias mulieri reddidere, & ita redierunt. Tum amplexatus
genitricem: In illo, inquit, vestium apparatu matrem reli-
qui, sic recipio: meum nunc fuerit, genitricem cohonestare.
Sed non diu superstit. Hic est ille, qui Perusii sibi sedem
destinavit, cum Ecclesiam suam suorum in sublime extulisset,
meditatus palatium pontificale de super construere. Sed
expleto vix anno, & paucis diebus, concessit in fata, defun-
ctus, ac tumulatus in eodem loco, in conventu fratrum suorum
Prædicatorum, Perusii. *Crantz. l. 8. Metrop. c. 46.*

Magnus Soreia, cum a Sergio magno regni Neapolitani
Senefchalcho ad exprobandum generis novitatem lignonis fa-
bula objectaretur: In hoc, inquit, Storia, uti video, stir-
pibus origines pares sumus, cum Adam mortuum primus ter-
ram & ipse foderit. Sed ego certè, quod iure dilecti non
potes, illo meo ligno multo nobilior evasi, quam tu o pe-
ne, & penna. Quo socommate lepidè admodum hominem
transiit: cum in eo tanta, cum invidia dignitatem stupro
quamitam, & patrem eius ad Pratoris tribunal, ignobilem
scribam, adulteratoque testamento falsi damnatum, scitissime
notasset. *Jovius in vita d. 1.*

Matthæus Schinerus infimoloco inter Valleſanos natus,
Bernæ Helvetiorum studiis operam dedit puer, victum ostia-
tum emendicans. Posteaquam vero fortunæ ludibrio ad Car-
dinalatum elevatus est, & veluti bellorum arbiter, pro Maximi-
liano Imp. contra Gallos gentem suam concitavit: accidit,
ut Bernam legatus Pontificis nomine veniret: accidit,
hospitia sua, & hospitio inquires, ubi illam adhuc superesse
cognovit, tugurium eius pontificis aulais ornari, pontificialis
D coena apparatus omnem eò deserti iussit. Ipse post paulo
subsecutus, cum principibus civitatis, vetulam suo affidere
latere iussit, nec alio quam quo olim confueverat nomine ab
illa appellari voluit. Discedens inde, omnem ei supellestem
habendam permisit, & pro veteri hospitio ducentos aureos per
dispensatorem suum numerari curavit. Quae humanitas illi
misticæ civium omnium animos conciliavit. *Simonis Sulzeri
Bernatis Aetna.*

Infelicitatis.
Saturninus, unus ex xxx. Tyrannis, cum ad imperandum à
militibus traheeretur, tam vere quam graviter ad suos dixit:
Nescitis, amici, quid mali fit imperare. Gladii, & tela nostris
cervicibus impendent, imminet hactenus undique, undique spi-
cula: ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non
cibus pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro
iudicio, non arma pro studio. Adde, quod omnem aetatem in Im-
perio reprehenditur. Senex est quispian, in habilis videtur:
B. L. Theat. vit. Human. Tom. 11.

fin minus, inest furor. Jam quòd, Imperatorem me capitis, in
necessitatem mortis me trahitis. *Spartiam.*

Cladis bellica, Adversa pugnae.
Porus Indorum rex, ab Alexandro victus, in posterum nun-
quam se regem appellari sustinuit. *Alex. ab. Alex. l. 2. c. 19.*
Victrix Pyrrhus rex ingeni praelio Romanos, contigitque
victoria illa regi non incruenta, parte multo maxima victimum
copiarum caesa, aut graviter affecta. Tum Pyrrhus conscius
sibi cladis eo praelio acceptæ; Perii, inquit, si iterum Roma-
nos vicero, *Sabell. lib. 9. c. 11.*

Amiticitiae labefactae.
LYSANDER, cum ei infensus Agesilaus esset, conseretur ta-
men ex gloria maxima apud cum auctoritatis esse, non est ve-
ritus apud eos, qui ipsum appellabant, excusare se, jubere-
que, abire ad alios, qui plus apud regem possent. *Plat. de
Immodica verecundia.*
Malorum suorum, aliorumque, iocosa.
Qui. Sic CONFITENTUR
Mala sua.
Sacerdotes homines.
D. Augustinus vir doctiss. & sanctissimus, exemplo, quod
pauci veterum rarissimi nostrae aetatis imitantur, Confessio-
num, & Recognitionum libros scripsit.

Reges, Imperatores.
Philip. Imp. qui Gordianum dolo circumvenit, cum in ip-
sis vigiliis Paschae sacris interesse, & communicare mysteria
veller: ab Antistite loci non prius admittus est, quam confi-
teretur peccata sua, & inter penitentes staret, penitenti-
que pro peccatis acceptaret. Quod cum à sacerdote ei fuisset
imperatum, ipse rebus atque operibus fidei religionis plenissi-
mè comprobans, metum divinum testatus est, ac mysteria
sacra percepit. Ob id plurimè narrantur ab Origine ad Philip-
pum, & matrem epistola scriptae: item & ad uxorem eius, ab-
que ullo adulationis fuceo, quibus ad Christianam pietatis cul-
tum eos hortatur. Opera Fabiani pontificis, cum filio, & con-
iuge baptisate insignitus, primus Caesar nomen est profectus
Christi. *Cuspinian.*

Valentinianus Imp. senior, cum ab Ambrosio nuper in G
Episcopum Mediolanensem assumpto reprehenderetur, quod
prætoribus suis nimum concederet, respondit: Nota mihi
tua fuit libertas, quamobrem & electionem tuam adjuvi: as-
fer ergo medicinam delictis animarum nostrarum. *Theodororus
lib. 4. cap. 7.*

Joannes Zimifces, caeso Nicephoro Phoca Imp. cum ma-
gnam Ecclesiam accepturus coronam peteret, à Polyucto
patriarcha prohibitus, tanquam caede pollutus; placide illud
ferebat: factus auctores caedis Imperatoris Amalantem, Leo-
nem & Aziphothron, Theophania regina procurante. Jus-
tus itaque percussores regia pellere, atque exilio damnare unâ
cum regina, ac edictum contra praesules rescindere, (Nice-
phorus enim Episcopos, qui edicto subscribere noluerant, quo
cavebatur, ne quis sine eo Antistes crearetur, in exilium ex-
pulerat) & quas privatas opes possideret, egenis distribuere.
Cum omnia ea praestitisset, natali Christi diademate corona-
tur, & Imp. publicatur. *Cassp.*

Ludovicus undecimus, qui timidior erat à natura, ne quid
de iis, quos metuebat, diceret, diligenter cavebat: cuiusque
per intemperantiam lingua detrimentum aliquod accepit-
set, agnovit culpam, & conversus ad eum, quem offenderat:
Non me latet, inquit, obfuisse mihi linguam, sed & profuit
aliquando. Nunc autem, ut quod illa peccavit, emendem,
aequum est: ac simul, cum ad eum modum familiariter age-
ret, donum aliquod dabat non contemendum. *Pbil. Gobin.
1. Hist.*

Consules.
Missis sub jugum duobus Coss. exercitibus ad furcas Caudi-
nas à Samnitibus, creati novi Coss. Q. Fab. Philo. & L. Papy-
rius Cursor, de pace Caudina ad Senarum retulere. Ibi Sp.
Posthumius Coss. hujus pacis auctor, fuisse, ut ipse, & collega
T. Veturius, quando populum Rom. sua spontione obstrin-
gerent nequivissent, nudis, vincitque hostibus dederentur, consciri-
berentque consules exercitum, copias finibus hostium admo-
verent: nihilque prius gererent, quam sui deditio rite facta
esset. Consilium secuti patres: eductæ legiones, Samites
victi, Luceria capta. *Sab. lib. 5. Enn. 4.*

Medici

A Hippocrates ingenue probitatis, & modestie, cum multa alia epus scripta, tum vero hoc ipsum quoque eximie attestat...

CUI CONFITENTUR. PUTA.

Deo.

Confitebatur Job, dicens, Peccavi: quid faciam tibi, o custos hominum? quare posuit me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum gravis?

B ita iustus habebatur, non negat se peccatorem, quis existimabit se expertem esse peccati: aut si ille, qui nihil grave commiserat, sic efflagitat dimitti sibi, ut usque mane differri periculum arbitretur: cui periculum non erit, procrastinare opus, quod veniam ipsam promereri possit.

DAVID rex in Psalmis clamat: Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

DAVID rex in Psalmis clamat: Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

DAVID rex in Psalmis clamat: Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Cigitans sollicitudinem: adhaere etiam poenitentis dolorem, ubi ait: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.

E duobus, qui in templum orandi causa ascenderant, Publicanus procul stans, ne oculos quidem in caelum attollere audebat, sed pectus suam percutiebat, dicens, Propitius esto mihi peccatori.

Centurio Capernaeanus Christum Dominum rogabat, ut famulum paralyticum curaret. Christo autem se venturum ad eum affirmante: Non sum dignus, inquit, ut tectum meum subintres: sed tantum die verbum, & sanabitur. Ea voce, D perfectae humilitatis indicio, delectatus Salvator, precibus illius satisfecit.

Laconem initians quidam percussit. Cujusnam facti maxime nefarii esset sibi confensus. Ille: Hoc sciunt, inquit, dii. Qui cum insisteret vehementius, ac diceret, Est omnino hoc tibi declarandum, rogavit eum vicissim Lacon: Cui est hoc, tibi, an Deo, dicendum? Illo respondente, Deo: Ergo tu, inquit, hinc facesse, Plur. in Apophth. Laconicis.

Ex Soliloquiis, & Confessionibus magnillius, & apostolici viri D. Augustini Hipponensis Episcopi multa huc exempla afferri possent. Unum est innotissimum. Soliloquio XV. quando ait: Ego confitebor tibi, Domine, Deus meus, paupertatem meam, & sic tibi tua gloria.

Hugoni Bonaventurae Abbati, quandam ex fratribus post mortem apparuisse ferunt: & mox ut peccatum confessus est, poenis quibus afflictebatur, liberatum dixisse. Hanc autem confitendi facultatem dicitur sibi reservatam, quoniam absente abbate decesserat, delibatum habens illi confiteri, cum redisset. Marul. lib. 4. c. 11.

Severus sacerdos vocatus ad cuiusdam aegrotantis confessionem audiendam, cum paulo tardius venisset, vita defunctum

beo, Si quando steti, per te steti. Si quando cecidi, per me cecidi: & semper in luto jacuissim, nisi tu me creassis: semper cecus fuissim, nisi tu me illuminassis. Quando cecidi, nunquam surrexissim, nisi tu mihi manum porrexissis. Postquam etiam me exivisti, semper cecidissim nisi tu sustinuissem. Saepe periissim, nisi me gubernassis. Sic semper, Domine, sic semper gratia tua, & misericordia prevenit me: libera me ab omnibus malis, salvans a praeteritis, suscitans a praesentibus, & muniens a futuris, praedicens etiam ante me laqueos peccatorum, tollens occasiones, & causas: quia nisi tu mihi hoc fecisses, omnia peccata mundi fecissem. Quoniam scio, Domine, quod nullum peccatum est, quod unquam fecerit homo, ad quo factus est homo. Sed quod non facerem tu fecisti: ad quo abstererem tu iussisti: & quod tibi crederem, gratiam tu infudisti. Tu namque, Domine, regebas me tibi, servabas me tibi: & mihi, ut adulterium, & omne aliud peccatum non committerem, gratiam, & lumen donavisti. Tentator desisti, ut deesset, tu fecisti, locus, & tempus desisti: & ut haec desissent tu fecisti, adiuvi tentator, non desuit locus, non desuit tempus: sed ut non consentirem, tu me tenuisti. Venit tentator tenebrosus, ut est, & cum despicere tu me confortasti. Venit tentator armatus, & fortis, & ut me non vinceret tu cum refrenasti, & me roborasti. Venit tentator transfiguratus in angelum lucis, & ut me non deciperet, tu me increpasti, & ut eum agnoscerem tu me illuminasti. Ertu eripes, Domine, qui salvans sperantes in te, ut ipse nobis obis, & tu laudaris in nobis, Domine Deus noster in aeternum. Amen. Quae ipsa D. Bernardus, eiusdem divini spiritus bibliotheca, sermone de septem misericordiis ampliat, & illustrat.

Sacris hominibus.

Pradicante Paulo Apostolo per Asiam, multi gentium veniebant confitentes, & annuntiantes peccata sua, quod de sacramentali confessione Oecumenum, cum Gregorio accipitur. Act. 19.

Cum Alonsum regem Neapolitanum convenisset Joannes Orator Apostolicus, ac de pace Turcica ageret, inter alia sapienter dicta: Scio me, inquit, postquam regnare coepi, quam plurimos homines & modica fortuna ad magnas opes, ac potentiam evexisse, qui postea beneficiis immemores extiterunt. Ea vero res mihi minime admirationi est, cum & ipse eodem ingratitude vicio laborem.

Nam quis plura ex optimo, maximoque Deo, quam ego beneficia accepit, qui natus ex regibus, amplissima regna haereditario jure sum consecutus, nec minoram mihi ipse armis comparavi. Pauci me reges inter Christianos antecesserunt. Ingenium mihi natura non obtutum dedit, memoriam non infirmam, corpus salubre, vitam longiore, ac moribus ferè inoffensam. Operum mihi, deliciae, voluptates abundè suppeditavit: litterarum quoque nonnullam cognitionem adeptus sum. At ubi mea gratitudo: quid ego au facio, au feci pro tot tantisque divinae clementiae in me meritis: intelligo me certe ingratum esse, eoque poena tanto majore dignum, quanto gravius est Deum, quam hominem fallere. Verum si mihi vita contigerit, est animus, quod neglectum est, abundè praestare. Injuria enim quasi crudelissima gens Turcarum Jesu Christo verissimè, & maximo Deo nostro in Graecia, nunc in Asia quotidie infert, ultum ire deeret, atque ad jam naves, jam viros, & arma comparavi. Itaque nihil est cur me Turcicae pacem quovis pacto turbaturum existimes. Aeneas Sylvius lib. 4. de Alphonso.

Languenti Monacho, qui jam sari nequibat, Philibertus Rotomagensis Abbas Deum precatus, linguam expedit: ob hoc solum ne sine confessione deederet. Ubi confessus est, illico expiravit. Satis fuisse intus peccatorum dolor, & ipsa cordis contritio. Sed sanctus abbas necesse an ille convenienter doleret, a confidente discere voluit, ut pro eius salute confidentius oraret. Marul. lib. 4. c. 11.

Veniebat ad Joannem Baptistam omnis Judea, & omnis regio trans Jordanem, confitentes peccata sua. Matth. 3.

Hugoni Bonaventurae Abbati, quandam ex fratribus post mortem apparuisse ferunt: & mox ut peccatum confessus est, poenis quibus afflictebatur, liberatum dixisse. Hanc autem confitendi facultatem dicitur sibi reservatam, quoniam absente abbate decesserat, delibatum habens illi confiteri, cum redisset. Marul. lib. 4. c. 11.

Severus sacerdos vocatus ad cuiusdam aegrotantis confessionem audiendam, cum paulo tardius venisset, vita defunctum

Severus sacerdos vocatus ad cuiusdam aegrotantis confessionem audiendam, cum paulo tardius venisset, vita defunctum

Severus sacerdos vocatus ad cuiusdam aegrotantis confessionem audiendam, cum paulo tardius venisset, vita defunctum

Atum offendit: eaque te vehementer angustaffiditque cepit. A se illius interfectorem, se homicidam clamantis. Et dum in his lamentis cadaveri incumbens accerime steteret, revixit, qui jacere mortuus: dixique se, dum ab impiis spiritibus ad horrenda tenebrarum loca rapitur traheretur, ab angelo protinus dimitti, atque corpori restitui jubetur, quod diceret, Deum id Severini lacrymis indulisse. Igitur ubi confessus est, peracta septem dierum poenitentia, iterum obiit. Marul. lib. 4. c. 11. ex Gregor. Magni Dialogis.

Anno circiter tertio post cladem ad Nicopolim, à Turcis occupatam, Sigismundo imperante, cum multi in eum campum descenderent, emissam inter ossa subinde vocem exaudire, Jesu Christi Salvatoris, & Mariae Virginis nomina resonantem. Loquax inter cadavera caput invenit. Quod ubi homines sibi adesse novit: Quid tam (inquit) stupidi hic stas istis viri? Christianus ego sum, inexpectatus, inconfessusque in hoc bello occubi. Maria mater me aeterni supplicii reum esse non patitur: hic me adhuc linguæ compotem servavit, ut & delicta fateri, & animam sacris Apostolicis litteris queam. Proinde sacerdotem, qui confessionem & exaudiat, & me expiatum reddat, accersite, quales, Rogatus, Qui tantum à Virgine beneficium promeruisse? respondit, Peccata sibi in vita fuisse numen: septem quoniam in vita sua festis ejus reverentissime celebrasse, religiosissimeque jejuniis ex pane duntaxat, & aqua decorasse, sacris fuisse quam studiosissime operatum, illi tantum numini cunctas animi vires dedicasse. Accessit igitur è pago proximo sacerdote, confessionem ritè translegit: & impetrata errorum omnium remissione, acceptaque novissima lustratione, repente obdormivit, perpetuamque quievit. Bonif. lib. 3. Hungariae.

QUOMODO. VIDELICET.

Ore.

Judei de captivitate reversi adificantes Hierusalem, jejunantes, & operi facies, & terra conspersi confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum, quater in die, & quater in nocte, & adorabant Dominum Deum suum. Poenitentiam igitur jungat confessioni, qui de captivitate redire cupit ad patriam innocentis statum, & construere civitatem sanctam in celo preciosis lapidibus virtutum, auroque puritatis. Quoniam non intrabit in ea aequid coinguinatum. Marul. lib. 4. c. 11. ex Nehemia, cap. 2. Esdr. 9.

Scripto. Feruntur Mulierem quandam peccata sua in volumine descripsit Basilio Magno porrexisse, supplicentem uti pro coram remissione Deum deprecaretur. Oravit illic, & omnia delicta apparuerunt, prater unum ceteris gravius. Cujus causa dum ad Effren eremitam omnia mulier nihil proficeret, inde rediens Basilium jam diem suum obisse compertit: & hinc rediens Mox charitatem illam super poenitentis deponens, cum tandem sustulit: id quoque inca, quod residuum erat, abolitum deprehendit. Marul. lib. 4. c. 11.

Unus D. Augustinus Retractionum libros reliquit, simpliciter, ac bona fide, quod nullus est, ad hoc tempus imitator: videlicet manifesto vit ingenio, & modice de seipso sentiente. Ad nostrum homines factu, & superbia turgidi, inventi, ac corrupti malunt, quod non ignorant verum esse, quam videri crasse, aut fuisse, à quo monstrari illis aliquid poterit: & tanto ad monitionem fuerunt acerbis, si quæ dixerint, li-

teris consignata vulgariter. Ludov. Ploes de Causis corrupt. arium lib. 1.

Operi. Facto.

Sacrificium, in quo macabatur hircus pro peccato, in hanc formam fieri precepit Dominus. Postquam emundaverit Sacerdos sanctuarium, & abernaculum, & altare, tunc offerat hircum viventem: & posita utraque manu super caput ejus, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & universa delicta atque peccata eorum. Levit. c. 11.

CUR CONFITENTUR. CAUSA.

Venia impetranda.

Supplices quatenus suam infelicitatem, & ut uno verbo dicam, miseriam, quod ab aliis fuit viti, fatentur, hujus sunt loci. Ad respectu veniae, quam petunt à majori, sic ad locum affectum pertinent.

Vir, sive mulier, cum fecerit peccatum. Vide supra exempla ex S. Scriptura.

Oppressi Isaacitæ à Philistinis, & Ammonitis dixerunt: Vide ibi. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Rei capitis apud Athenienses, supplicium promeritum liberè fassi, ut plurimum impunentem consequerentur.

Janocentia testanda.

Eugenia virgo, Philippi Alexandriae praefecti filia, sub virili habitu sexum dissimulans, inter monachos religiose versata, & jam digna cui monasterii gubernacula committerentur, Melancia tandem matrona, quam ad illicitos amplexus provocantem contemserat, accusatione, capitis rea constituitur. Accusationis summa erat: Eugenium abbatem domi suae sibi vim inferre voluisse. Actilla, ut infamiam purgaret, prius accusatrici suae ignoscere petiit. Deinde coram patre (cujus iudicio neci jam addicta erat) pectus suam detegendo, detexit falsitatem mulieris impium commentum, simul, cujus ipsa filia esset, indicavit. Marul. lib. 3. c. 4. & Sab. lib. 3. c. 3.

* APOPTHEGMATA.

Pythagoras dicebat, peccata non esse verbis tegenda, sed tentandum, ut reprehensionibus curarentur. An. & Max. serm. de iniqu. peccat. & conf. 11.

Aristoteles non multum ab impeccabili discedere dicebat, qui peccatum, ut decet, fatetur. Ibid.

Lysander, in Samothracia oraculum petens, justus est factus sacerdotem dicere, quid deterrimum in vita egisset. Ipse quoque sacerdotem rogavit, utrum iusto suo, an Deorum, id facere oporteret. At illo dicente, Deorum: Tu igitur, inquit, mihi concede, ut illis, si percontentur, dicam. Bruf. lib. 2. c. 13. Plut. in Lacon.

Antalcidas interrogatur à sacerdotum ministerio, quibus rebus per omnem aetatem operam dedisset? Non opus est, inquit, ut tibi hoc dicam, sed si quid malè egi, Diis nequaquam incognitum est. Plut. in Lacon.

* UTILITAS.

Horat. Sat. 3. lib. 1.

Qui ne tuberibus propriis offendat amicum, Postulat, ignoscet vericis illius: aequum est Peccatis veniam poscentem reddere.

Claud. in Epigr. satisfacionis. Ea adsum, & veniam confessus crimina posco. Manibus Hebraeis atrox ignovit Achilles: Vires furias matris placavit Orestes.

Raddidit Alcides Priamo quas ceperat aves: Pellum juvenem regum flexere ruinae. Darium famulis manibus doluisse peremptum. Fortur: & ingenti solatus fata sepulchro. Tradit captivo spatiosior India Porro.

* CONFESSIO SACRAMENTALIS.

Uti est pars Sacramenti Poenitentiae.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Confessio Graecè ἰστορία ἁμαρτιῶν, Hebr. Tobbab, à verbo tobabab, professus, confessus sum, & ἡμάρτην, confessor dicitur. Est autem confessio triplex, scilicet actus exterior, fidei, vel justitiae: actus laetitiae, scilicet gratiarum actio, & laudatio Dei: quomodo Christus dicit, confiteor tibi Pater, &c. Et actus poenitentiae, scilicet confessio peccatorum. Quam postremam acceptionem suo tempore obviam fuisse, scribit S. Augustinus in Psal. 137. B. Th. Secunda Secundae, q. 3. art. 1. & q. 5. Sen. dist. 17. art. 2.

Confessio sacramentalis est legitima peccatorum suorum accusatio facta Sacerdoti ad absolutionem eorumdem virtute clavium ab eo obtinendam. Secund. Host. & dicitur quasi simul, vel toto, vel unaque fessio.

Alii dicunt, Confessio sacramentalis est delinquentis dolorosa accusatio propter offensum Deum, aut ex alio motivo supernaturali, per claves Ecclesiae satisfacionis obligans ad poenitentiam peragendam. Sed est communis, & sufficientis.

INSTITUTIO.

Dominus, ac Salvator noster Sacramentorum novae Legis auctor instituit Sacramentum Poenitentiae, quando post resurrectionem insufflavit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ex Joanne c. 20. Etiam pluribus locis commemoravit ipse idem Petro, siquidem, post ingressum illam confessionem: Tibi, inquit, dabo claves regni caelorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Quid n. per claves, nisi scientia discernendi inter lepra, & lepra infirmatur? Quid per ligare, & solve, nisi sententia, post causae cognitionem, prolatio juxta ea, quae illis

illis alio insuper loco promiserat. Matt. 2.15. Quaecunque

A alligaveritis super terram, erunt ligata & in celo, & quaecunque solveritis, &c.

Itaque post resurrectionem dedit Apostolis Dominus potestatem remittendi peccata, & eadem non remittendi, si judicaverint non remittenda.

Hoc enim importat verbum remittendi. Unde dicitur, Quorum, significat non omnium promissionem peccata remittenda, sed illorum, quos Sacerdotes judicaverint absolvendos.

Ceremonia etiam insufflationis arguit peccatam Apostolis datam: Nempe quod instat flatus ignem dissipantis, peccata per absolutionem extinguant juxta illud Isaie 44. Delevi ut nubem peccata tua.

Nemo dicat occulte: Ego penitentiam apud Deum ago: novit Deus, qui me agnoscit, quia in corde meo ago. Ergo sine causa dictum est: quae solveritis in terra, erunt soluta in celo. Ergo sine causa datae sunt claves Ecclesiae, Aug. in tracl. de cura militum.

Qui vult confiteri peccata sua, ut inveniat gratiam, quaeratur sacerdotem scientem ligare, & solvere: ne, cum negligens circa se exiterit, negligatur ab illo: qui cum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foveam cadant, quam stultus evitare noluit. Aug. lib. de pen. 1. habetur de pen. dist. 6. Qui vult.

FIGURAE.

Figura Sacramentalis Confessionis variae praecesserunt. Et quidem in lege veteri figura fuit Confessio peccati, quam Deus per Angelum in speciali exegit ab Adam, Eva, & Cain: eratque ea Confessio oris, non cordis tantum. Vide Tertull. lib. 2. advers. Marcionem. II. fuit cognitio leprae concessa solis Sacerdotibus, Levit. 13. & 14. Ita ut leprosi cogentur se illis confiteri: ac prode, eorumque iudicio stare, an extra castra manere deberent, nec ne. Ergo cogebatur ut spiritualis Sacerdotibus in nova lege committitur. Hanc figuram expendunt Chrys. lib. 3. de Sacerdotio: Hieron. in c. 16. Matthaei. Tertia Confessio legitur Num. 5. & Levitici 5. ubi Confessio Deo praecipitur, cui loco cuiusdam satisfactionis, adiungit oblationem sacrificii, verba autem Scripturae sunt admodum clara, & ita se habent: Vir, sive mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quae solent homini accidere, ac confitebuntur peccatum suum, &c. Vide etiam superiore titulo §. quomodo operetur, facta. Denique, in nova lege figura hujus Confessionis fuit, quod legamus plurimos accurrisse ad Baptismum Joannis, confitentes peccata sua. Matthaei. 3. Marci. 1. quod non est, tantum in genere agnoscere se peccatorem, ut vult Calvinus, sed ore profertur, & in specie ea dicere. Aliam figuram remissionis per absolutionem Sacerdotis impetrandae S. Patres suggerunt in eo, quod Dominus iusserit per Apostolos solvi funera lia vincula Lazari mortui, & sepulti, Joan. c. 11. de qua vide Irenaeum l. 5. c. 13. Ambr. 12. de Penit. c. 7. Aug. Tracl. 46. in Joan. Gregor. hom. 26. in Evangel.

NECESSITAS, ET UTILITAS.

Non potest quisquam a peccato justificari, nisi peccatum ante fuerit confessus. Amb. lib. de Paradiso, 1. hab. de pen. dist. 1. Non potest quisquam.

Ecce nunc tempus acceptabile adest, in quo confessio animam a morte liberat: confessio aperit paradysum: confessio spem salvandi tribuit. Unde Scriptura dicit. Dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris. His verbis ostenditur, quod non mereatur justificari, qui in vita peccata noluit confiteri. Illa ergo confessio nos liberat a morte, quae fit cum penitentia. Ambr. in serm. quod 1. habetur de pen. dist. 1. Ecce.

Plurimum suffragatur Deo verecunda confessio, & poenitentia, quam defensione evitare non possumus, pudore revelamus. Ambr. de 7. sept. lib. 36.

Quantum displicet Deo imprudentia peccatoris, tantum placet verecundia confitentis. Bern. sup. Cant. serm. 3.

Abique confessione iustus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur: confessio igitur peccatoris est via, iusti gloria: & necessaria est peccatori, & istum nihilominus decet. Bern. Epist. c. 14.

Confessio sanat, confessio iustificat, confessio peccatis veniam donat. Omnis spes in confessione consistit. In confessione locus misericordiae est: Nulla tam gravis est culpa, quae per confessionem non habeat veniam. Isid. l. 1. c. 1.

Peccata tua dicitur, ut deleas. Illa si confunderis dicere alicui, quia peccasti, dicitur illa quotidie in anima tua: non dico,

ut confitearis ea servo, ut exprobrer: dicitur Deo, qui curat ea: nec enim, si non dixeris, ignorat Deus. Dicitur ea in hac vita, & ut requiem in alia habeas. Chrys. sup. Levit. hom. 2. Atqui Sacerdos confessor non exprobrat alicui peccatum, quod in confessione audivit, sed celat, ac si nunquam audivisset, quae de te audivit. S. Aug. super Psalms.

Quomodo, quid times confiteri. Illud quod per confessionem scio, minus scio, quam illud, quod nescio. Cur confiteri erubescis peccata tua? peccator sum, sicut & tu: homo sum, humani a me nihil alienum, confiteri homo homini, homo peccator homini peccatori. Elige quod vis: Si non confessus lates, inconfessus damnaberis. Ad hoc Deus exigit confessionem, ut liberet hominem humilem. Ad hoc damnat non confitentem, ut puniat superbum.

ANTIQUITAS, ET USUS Confessionis.

Vide Titulum praecedentem, de Confessione facta hominibus factis.

Sacramentalem peccatorum confessionem Sacerdotibus fecerit factam fuisse testatur Straboni Graecus historicus his verbis: Etenim cum proflus non peccare natura sit humanae divinitatis, penitentibus autem, quamvis frequenter deliquissent, veniam dare Deus iusserit, & ad impetrandam denique veniam confiteri peccata necessarium sit; odiosum, ut credibile est, sacerdotibus ab initio visum fuit, tanquam in theatro, audiente Ecclesiae multitudine, delicta pronuntiare: Presbyterum itaque aliquem vitae integritate, quam maxime spectabilem, sacerdotum etiam tenacem, ac sapientem huius officio praefecerunt: cui accedentes, qui peccata sua huius officio confitebantur. Ille vero pro eorumque delicto, quod aut facere singulos, aut luere oporteret, interminatus absolvet, ut a se ipsis commissorum poenae exigerent. Socrus. lib. 7. hist. Eccl. c. 16. apud Baron. tom. 1. ex 56.

Dionys. Areopagita B. Pauli discipulus Demophilum monachum objurgat, quod sacerdotem ad fontem gratiae, & misericordiae redeuntem nimis acerbe se se receperit non absolutum: postquam enim ei Christi benigneitatem erga peccatores, qui etiam in humeros impositam ovem fert, quae vix ab errore resipuerat objecit, sic ait: Tu autem, cum etiam, qui sead sacerdotem submississet, & abiecit illud de eius genua, impium, & peccatorem haud scio quomodo contra te praefens calcederit. Deinde ille quidem rogabat, seque medicinam peccatorum causa venisse fitebatur: tu autem non modo non exhorruisti, verum etiam bonum sacerdotem proventus audacia muldicitis vexasti, miserum eum appellans, qui penitentem, atque facinorosum iustum efficeret: & ad extremum exi, sacerdoti dixisti, cum tui similibus: quodque nefas est, adtingere stus es, & sancta sanctorum violasti. Nunc igitur nostra accipe. Nefas est sacerdotem a ministris, qui te superiores sunt, aut a tui ordinis monachis corrigi, & reprehendi, si vel aliquid impie in divina facere videatur, si vel aliquid aliud eorum, quae vetantur leges, fecisse arguitur. Dionys. Areopag. 5. ad Demophilum monachum.

Legimus in actis Apostolicis c. 19. quod Paulo praedicante, multi credentium venerint, annuntians actus suos, & confitentes. Quod de Sacramentali, & particulari peccatorum confessione intelligunt plures Interpretes. Ut videre est apud Lorinum in illum locum.

Etiams S. Iacobus in sua Canonica, c. 5. Inter alia, quae fidelibus commendata esse vult, ait: Confitemini alterutrum peccata vestra. Alterutrum vult significare, non solum Deo, sed homines hominibus confiteri debere: hoc est, illos, qui absolute indigent his, qui eam possunt impendere. Deinde praemiserat de Presbyteris, quos volebat, & orare pro infirmis, eosque ungere oleo. Unde de illis loquitur, cum de confessione disputat. Videatur Aug. hom. 12. ex lib. 39. bomiliar.

Testatur Irenaeus, qui primo saeculo post Apostolorum excessum floruit, foeminas quaedam a Marco Mago quoddam circumventas, ad Ecclesiam se convertisse, & peccatum suum confessas esse. lib. 1. c. 9.

Idem scribit de Cerdone Haeretico, qui saepe ad Ecclesiam veniens, Exomologesim faceret. Ubi per Exomologesim non solum confessio accipienda est, sed etiam Contritio, & Satisfactio. Ut constat ex eod. Joan. loco citato.

Tertullianus scribit suo tempore quoddam abhorruisse a Confessione propter verecundiam, ergo in usu erat confessio praeter eam, quae fit soli Deo. Lib. de Penitentia.

Erat autem primis illis temporibus in usu Confessio publica:

ca: quae quis publice in ecclesia Ecclesiae crimina sua confitebatur, & publicam penitentiam agebat, nempe pro sceleribus publicis, & extra confessionem ab omnibus cognitis, non autem pro secretis. Cui publica Confessione non repugnata privata, facta Sacerdoti in ordine ad absolutionem obtinendam. Quamvis etiam, qui publice, hoc est multis audientibus confitetur Sacerdoti, modo adfuit dispositio sufficiens, possit ad eodem absolvi. Ut fit in caltris, naufragio, peste, & aliis periculis.

S. Cyprianus plebem suam Carthagenensem adhortatur ad faciendam exomologesim, ut per eam penitentis vita inspici, & cognosci possit. Epist. 16. 3. 1. serm. 3. de lapsis.

Lactantius in ultim. lib. contra Noveianos, scribit notam vere Ecclesiae Confessionem.

S. Paulinus quidem testatur, S. Ambrosium solitum audire Confessiones, & quidem privatas, in vita eiusdem.

Narrat vener. Beda l. 5. hist. gentis suae, c. 15. fuisse Militem, qui cum monitus sapienter a Rege confiteri peccata sua, more Christiano, antequam de hoc loco exiret: tandem horribili visione ad inferni perpetuos cruciatus rapum, dilata Confessionis poenae desisse.

Eodem saeculo Theodorus Studites laudat S. Platonem, quod ab adolescentia pastori suo confiteri consuevisset, non minus frequenter quam diligenter, omnia peccata, ad intimas usque cogitationes.

Huc refer ea, quae sub prioro Titulo a Theodoro Zuringero fuerunt adducta §. Confessio facta sacris hominibus.

UTILITAS, ET NECESSITAS.

Eandem confessionis necessitatem, atque utilitatem, confirmavit S. Antonius: Magnam enim esse, dicebat, ad virtutem viam, si singulis, vel observant, quod gererent, vel universas mentis cogitationes fratribus referrent. Videbat etiam peccatum committi, quod alii debet manifestari, & quasi cum pudore profertur. Arab. in vita eiusd.

D. Ludovicus Franc. Rex in id unum incumbere potissimum, ut filium natu maxime, hab Confessionis virtute liberet. Cuiusiam moriturus, inter cetera salutis monita dicebat: Elige tibi Confessorem & idoneum, & probum: qui sapienter quid agas, quid fugere debeas, edoceat. Omnis dispares hujus Principis a nostri avi pleiitque Magnatibus animum! Fortis, in vi.

Christophorus Lusitania oriundus, arcis Diensis Praefectus: dum pro mui corona flaret armatus, contorta ab hostibus transverso pila, partem ventris sua cum intestinis abrupit. Semianimis domum delatus, illico optimam parentem hac voce compellat: Peto a te, o mater, mihi prius ad crimina expandi sacerdotem praebes, quam lacrymas ad obitum meum prosequendum. Vererit sane, ne suae lacrymae meam ad supremum iter necessarium exigit ut temporis preparationem impedirent. Miss. hist. Indice lib. 51.

ASTION Martyr per Confessionem liberatus fuit a turpi cogitatione, & Diabolus in specie pueri ab eo aufugit, confessus suam imbecillitatem.

S. Macarius Theopemptum verecundantem confiteri, ei confitendo, impulit ad delendum peccata sua, atque a blasphemica tentatione liberavit.

Ignatius Lojola Parisiis confitendo cum lacrymis peccata sua impuro sacerdoti, cum ad feriam confessionem esset cohoratus. Refert superiora Cor. ad Lapid. Comm. in Levit. c. 6.

SERAPION solitus furari paupiatum ad explendam gulam, hoc ipsum publice est confessus, omnique tentatio gula, & furti extinda est. Joan. C. eff. collat. Sacra. 2. c. 11.

Alius, inquit, idem, ille, tentatus per annos XIV. fornicatione, cum affidua abstinentia eam cogitationem non superaret, tandem eam publice confitendo, plane superavit. Ibid.

Cum quidam saecularis, ait S. Joan. Climac. gradu 4. divinus excessum postulaslet admitti in monasterium. Pater vel Pastor ejusdem primo ab eo exegit, ut lapsus suos confiteretur sibi privatim, fecit libenter, deinde, ut & publice coram fratribus omnibus numero triginta supra ducentos tempore sacrificii, missae, assensit, & cuncta, quae seferat singulatum, & per species, licet valde horrentia, ut beneficia, & homicidia, & alia, quae scriptura tradere fas non est, patefecit. Quo facto tonsus, & in monachorum numerum aggregatus est. Ego vero cum Patrem rogassem, cur tam peregrinam iudicii formam exhibuisset, ille respondit, duarum rerum gratia, primum quidem, ut confitentem per praesentem, temporalemque confusionem aeterna

B. L. Theat. vit. Human. Tom. 11.

confusione liberarem, quod & factum est. Neque enim ex pavimento surrexit, quin peccatorum omnium remissione potius esset. Nam unus de fratribus mihi procerum quemdam, ac terribilem se vidisse asseveravit conscriptam chartam, & calamus tenentem, & cum frater ille humi prostratus peccatum confitens pronuntiaret, hoc ille calamo debebat. Secundo quia habeo nonnullos, qui peccata quidem necdum confessi sunt, quos ad confessionem hoc exemplo provoco, quae sine nullis remissione potietur.

CONFESSIO INTEGRA.

2. B. Petrus Damiani Cardinalis in epist. ad Desiderium Abbatem, Hugo, inquit, Abbas Cluniacensis, cum ad suum monasterium perrexisset, Frater quidam senex in infirmorum domo, ingravescente totius corporis tumore, languebat. Hic porro, cum Abbatem comperisset adesse praesentiam, latus infectus, divinam cepit implorare clementiam. Domine, inquit, quem nullum later occultum, quae, si quid reatus in me est, quod non sim hucusque confessus, tu mihi misericorditer in memoriam revoces, quatenus Abbatem meo dum praesens esset pure confitear, atque ab eo, qui jus hoc in me praeter ceteris habet, iudicatus absolvar. Hoc dicto hujusmodi vox auribus ejus infonuit. Certe est, certe aliquid in te est, quod confessus adhuc non es. Cumque ille vocem solam audiret, sed a quo procederet non videret, orando subjunit. Exprime, domine, manifeste, quod hoc sit, ut confessus corrigam, quod erravi. Porro vox eadem peccatum quoddam, sicut quarebat, signanter expressit, quod ille se commissum illico cognovit, & Abbatem, festinanter ascito, facta confessione purgavit, paucisque post diebus in sancta pace defunctus est. Lib. 2. c. 15.

3. Inter almos S. Brunonis Carthusianae familiae principis quidam fuit Petrus cognomine Faverio, qui ob vitae merita, praeclearaque prudentiam sanctae crucis domum Prior, ut vocant gubernavit, postea familia totius lites, & negotia tradidit, quod in eo sedulitas, cum officiosa fide conjuncta lucebat, cumque in urbe quadam, ad quam commissi numeris necessitas venire coegerat, aegrotaret, morboque indies gravante ultimum vitae tempus immineret, Dei beneficio Hupertus, & is Carthusianus, & cuiusdam Monasterii praefectus eodem peropportune pervenit. Hupertus adventus Faverio jucundissimum accidit, animique laticum illis verbis declaravit, temperate admodum mi frater accedis pollinctor videlicet meus, & funestis, ac sepulturae minister egregius. Egitur peccata confessus vaticum sacrosanctum accepit, & oleo litus extremo lese ad motiendum preparabat. Ceterum Hupertus requieris, atque oculi causa paulique secedente, in aegrotum, qui solus erat, malus demon invadit, occasionum, & captor, & verus inventor veniebat grandis libri farcina onustus, in quo delictorum Faverii omnia latebat historia, camque Diabolus mortuorum Faverio, cum risu, & cachinnis praerebat, monachus suae familiae caufarum ligator obtulit, idque unum in praesentia respondit, quae exprobrasset, commemorassetque, se esse delicta confessum, & in Sacramento illo foro sententia facendotis absolutum, proinde obmutesceret, atque illa relegere desineret, quibus aeternus iudex element ignovisset. Redarguit Sathanas confessionem invalidam esse, ubi de muliere, quae rem circumstant, quaeque nominatim explicari debent, tacuisset. Negat fieri posse, ut hostiles manus effugiat, qui, quae erant dicenda, & subtiliter explicanda praetermissit. Aegrotus vehementer expavit, ac desperationi proximus de animi salute diffidebat, cum misericordiae parens, & periclitantium adiutrix opportuna, sanctissima Deipara lumine circumamicta, H quod vixacies ferret humana, & manibus, ac brachiis formosissimum puerum amplexa conspicitur, hinc agrum verbis affatur. Quid times, animumque despondes, in portu navigas, omnia tibi ab hoc pulcherrimo puero peccata condonantur, tibi que esse remissa confirmo. Haec ubi caecodamon audivit, fructus, debilitatusque diffugit, ipsaque caeli Regina, cum parvulo, illo sed totius orbis & rectore, & effettore, filio discessit. Restitit, revixitque Faverius, & animum confirmavit, qui peae desperat. Redeunti paulo post college Hupertus utramque visionem patefecit, deinde matutinis precibus absolutus, egrotus alta voce penitentiae septem illos Psalmos pronuntiavit, languescens viribus Hupertum ad precum partem advocavit, amboque litanias recitavit, ut autem ad illud ventum esset: Omnes sancti, & sanctae Dei intercedite, Faverius dextrae manus intento indice latus exclamavit, omnes sancti, qui hic aedem intercedite pro nobis, & in his verbis vitae cursum, atque periodum feliciter terminavit. Henric. Gratius in prato

Exemplor.

A CONFESSIONIS EFFECTUS MI-
RACULOSI.

In Cameraco civitate Episcopali, infra hoc quinquennium plures heretici comprehensi sunt; qui omnes timore mortis suam perfidiam negaverunt. Missus est ab Episcopo clericus, qui negantes per candens ferrum examinaret, adu- sus hereticos esse sententiaret. Examinati sunt omnes, & combusti, qui cum traherentur ad poenam, Unus ex iis vir nobilis sanguine reservatur a clerico ad vitam, si forte illum quoquo modo reducere possit ad poenitentiam; cui sic dixit: Homo nobilis es, misereor tui; & compa- rior animæ tuæ: rogo, & monco, ut adhuc de tanta per- fidia respicias, & de errore ad veritatem redeas; ne per mortem temporalem mortem incuras æternam. Ad hæc ille respondit; Experimento didici me errasse. Si fera poeniten- tia mihi professe possit, non teneverim confiteri. Cui cum ille desinavit sacerdotem, confessus est homo errorem suum, ex toto corde Deo promittens, si vita concederetur, satisfac- tionem. Ut autem pius Dominus vim ostenderet confessio- nis; mox ut poenitens cepit peccata sua confiteri, cœpit & ipsa combustura in manu poenitentis paulatim minui, quæ in tantum, eo aspiciente, decrevit, in quantum confessio pro- fecit. Medietate confessionis peracta, media pars plagæ sana- ta est; ut autem confessionem totam complevit, & virtus ip- sa confessionis combusturam tam in colore, quam in dolore delevit, & manus pristinam sanitatem recepit. Vocatus est vir à iudice ad ignem, ad quem clericus: Quare cum vocatis? Ut ardeat, inquit, eo quod in examinatione combustus sit: tunc clericus, ostendens manum ejus sanissimam, liberavit eum à poenis, cæteris igne consumptis. *Cæsaris Cisterciensis. lib. 3. Miracul. cap. 16. Pater Delvrio tom. 2. disquis. Magic. lib. 4. cap. 4. quest. 4.*

D. Bernardus in vita Malachie viri sanctissimi, quam ipse literis mandavit, ubi feminam quandam sancti viri precibus à morte ad vitam fuisse revocam commemorasset, aliam deinde referit, quæ iracundia, & furoris morbo sic obnoxia erat, ut & fratribus, & filiis etiam, cæterisque omnibus in- tolerabilis existeret. Itaque dolentes filium pro illa tum pro se ipsi, trahunt illam ad presantiam Malachie, lacrymabilem cum fletu querimoniam deponentes. Vir autem sanctus, & periculum matris, & incommodum miserans filiorum, seor- um advocat illam; fuerit confessa aliquando peccata sua, sollicitè percontatur. Respondit: Nequaquam. Confitere, inquit, pater: ut Dominus omnipotens det illi spiritum man- fuetudinis, in nomine Domini Jesu, ne ultra irascatur, & ju- bet. Tanta deinde mansuetudo secuta est, ut pater omni- bus non esse aliud, quam admirabilem mutationem dextere Excel- si. Fertur adhuc hodie vivere, & tantæ esse patientiæ, & leni- tatis, ut quæ omnes exasperare solebat, nullis modo exaspe- rari damnis, contumeliis, & afflictionibus queat. *Ex D. Bernar- do in vita S. Malachie.*

In Zachanto, quod est castrum juxta Ananiam, Miles qui- dam, Gerardus nomine oculorum lumen ex toto perdidit. Accidit autem, ut duo fratres Minores ab exteris partibus ve- nientes ad domum ipsius hospitium diverterent. Suscepti ita- que devotè propter reverentiam S. Francisci à familia tota, & cum omni benignitate tractati, gratias agentes Deo, & hos- piti, ad locum fratrum devenere vicinum. Noctè igitur qua- dam, beatus Franciscus uno fratrum in fornix apparuit dicens: Surge, festina, beneficia rependere pietatis. Cæcus quidem effectus est suis promerentibus culpæ, quas poeniten- tiali non studuit confessione purgare. Disparente quoque pa- tre frater festinus furtxit, ut mandatum cum socio celeriter adimpleret: venienteque ad hospitis domum, cuncta, quæ videbat, alter, per ordinem narravit idem. Stupuit vir ille non modicum, & universa, quæ dicebantur, vera esse con- firmans, compunctus ad lacrymas, confessus est libens. Tan- dem correctione præmiata, interiorique homine taliter reno- vato, exteriori continuo recuperavit aspectum. Hujus mi- raculi fama circumquaque diffusa, non solum ad reverentiam Sancti, verum etiam ad confessionem humilem peccatorum, & hospitalitatis gratiam plurimos incitavit. *D. Bonav. in vita S. Francisci cap. 15.*

Est apud urbem Trevericam suburbano sanctus Maximi- nus, ad cuius tumulum sæpe cernuntur miracula glorio- sa; inter quæ istud minimè subdicendum. Cum Archidia- conus à Nicetio urbis ipsius Episc. pro adultèrii crimine pulsa-

retur, sacramento se ad hujus sancti sepulcrum purificari ex- petiit, ingressusque primum cryptæ limen restitit quasi stu- pens: de hinc descendens per gradus, ad aliud ostium venit, cùmque ad tertium accedere vellet, protinus febre correptus, gressum amplius figere non audeus, crimen, quod imputaba- tur, in discrimine mortis positus est confessus deprecans popu- lum, ut pro se, vel fatis Anticitis, vel Episcopi sui fustigia flagitaret; sed statim, ut confessus fuit, ab impulsu fustigii erutus, sui Anticitis est in charitate receptus. *Greg. Turon. de glo- ria Confess. c. 93.*

His addendum illud recentius, quod P. Joannes Boni- facius in Orat. de Relig. commemorat: Conjectum, in- quit, in vincula Maleficum quandam, pius quidam sacer- dos, uti se peccatorum pondere levaret confitendis ipsis sæpe admonerat; cùmque identidem rogatus parere nol- let, vereri se sacerdos dixit, ne Deus talem, ac tantam confitentorum criminum puniret tarditatem. Secuta mox fuit tam periculosa febris, ut sibi jam esse moriendum vi- ctus putaret: vocatoque ad se eodem illo, qui consilium dederat, sacerdote, vitæ lapsus omnes aperuit, peractaque confessione relevari se morbo sensit agrotus, usque adeo, ut prostridie lecto surgeret, pedibusque incederet. Id cum fieri homo vidisset, rogare facinorosum illum morbo liberum cœpit, ut se gratum immortalis Deo ostenderet propter recu- peratam sanitatem, habendaque gratia optimam esse rationem dixit, si videlicet Christi hospes esse vellet, atque conviva. Sacerdoti iusta petenti minimè parere voluit vincit, obstina- tionisque poenas confestim dedit, morbo, quo paulo ante so- lutus fuerat, redeunte. Tunc homo peritiam gravæ esse- scilicet intellexit, hortatoris non obedire, cum præsertim id- ipsum Deus duplicato indicio monstravisset: quare tertium divinæ ultionis telum expectandum non censuit, confitensque iterum caelesti se pane recreavit. Hæc posteaquam fecit, non solum ex furenti illa iactatione febris emerit, verum etiam le- gitime potestatis iuxta exivit custodia, in qua mensibus no- vem macie, & fuallore confectus vixerat, quam etiam per- petuam futuram esse credidit. *P. Joan. Bonif. de Insti. Puri Christiani in Orat. de Relig.*

Scribit Cæsarius, Adolecentem quandam Parisiis ope- ram studii navantem, post diuinam, & nefariam vitam, iuxta receptum morem literis incumbentium, & omnia- nus tentantium artes, solummodo, ut tempus fallant, tan- dem in votis habuisse sacramentaliter seclera sua expiare; at confusus coram sacerdote ea exprimere erubesceret. G. Prudens poenitentiarum plurima tentavit media dissolven- dis, & præcipientis pudoris immensi nexibus. Quæ in- ania, quanquam plurima adhibuisset, advertens, salutaris in- to confilio, monuit scriptis exarare peccata. Quo peracto hortatus est manifestè, & ore proferre, cùmque nihilomi- nus non auderet, eo præsentè, & audiente, perlegit poen- tentiarum, defluentibus interim ab oculis poenitentis non lacrymis, sed lacrymarum rivulis, & ab ore erumpenti- bus non suspiriis: sed flammis. Quibus perlectis, de ejus licentia consulendum duxit confessorius Superiorum super injungenda poenitentia: erant enim atrocita, & enormia multa crimina: atque delata, & explicato de ipsis con- sensu coram Prælato scripto, ne quidem apex, aut chara- cter unus visus est: nam Deus lacrymis, & poenitentia adole- scentis, nec non misericordis sua pietate deleraverat, & clera- mendas pridem in charta exaratas, purgationem peccatorum per semetipsum faciens. *Ex Cæsario D. Jul. Mazarinus in Pal. Miserere Conc. 28. Baliet, & Latino redditum per P. Henr. Paludanum Franciscanum.*

Circa anno Domini 1215, contigit (quod idem Cæsarius habet) monitu Comrad Decani Spirensis, de Argentinensibus hereticis, qui decem numero ferri candentis iudicio convi- di, incendio demum adjudicati sunt, sed unus repetita con- fessio, iterataque perfidia gemino quoque miraculo inclavit. Ita ergo Cæsarius: Die statuto cum hi, quos dixi, duccerent ad ignem, quidam ex comitantibus unius eorum dicebat: Mi- ser, damnatus es, age vel nunc poenitentiam, peccata tua con- fite, ne post incendia corporis, quæ momentanea sunt, ani- mam tuam ignis gehennalis æternaliter comburat. Cui cum ille diceret: Confidero quidem in suo glorificaret corpore, & cum vitis, & concupiscentis viguerit crucifigeret carnem suam. *In vita sanctæ Birgitte apud Sur. tom. 4. Jul. 23. cap. 1.*

Christus, audiente sancta Birgitta, ait: Ei, qui spiritum, & gratiam meam adipisci, ac retinere desiderat, utilis est, crebro peccata, & negligenciam suam coram sacerdote confiteri, ut ex- purgetur. Et cum ipsa Birgitta videret animam mariti sui Do- mini Ulphomii in purgatorio, dixit: O felix anima, quid tibi præcipue profuit ad salutem? Ille respondit: Confessio mea, quam feris sextis (dum sacerdotis copiam habebam) facere

respondit: Non justum est, ut homo innocens damnetur inju- ste. In cuius manu dum nullum vestigium combustionis re- periretur, dimissus est. Habebat idem homo uxorem non lon- gè à civitate manentem, horum, quæ dicta sunt, profusus ignaram, ad quam cum venisset gaudens, direxissetque: Bene- dictus Deus, qui me liberavit hodie ab interitu corporis, & anime; causam ei exponens, propter illam: Quid fecisti, o miserum? quid egisti? ut quid propter momentaneum dolo- rem recessisti à fide tua sana, & sancta? magis debueras, si fieri posset, centies corpus tuum incendiis subicere, quam tam probata fide semel recedere. Sed quem non seducat uxor serpentina: Immemor ille beneficii sibi divinitus collati, immemoram tantis miraculi consilio uxoris acquivit, & errorem pristinum resumpsit. Deus verò non immemor vindictæ pro tanta ingratitude manum plagavit utriusque. Renovatum est incendium in manu heretici, & quia con- junx audire extitit resumpti erroris, confors facta est redi- vivi doloris. Tam vehementer erat incendium, ut ossa ma- nuum penetraret, & cum ut non auderent clamoribus in villa, quos vis extorfit doloris, fugerunt in nemus vicinum, ibi ut lupi ululantes. Quid verbi immoret? Proditur, & in civitate reducti sunt, simulque in ignem, nondum plane extinctum, missi, & incinerem redacti. *Cæsar, lib. 3. cap. 17.*

Martino V. Pontifice anno Domini 1448, accidit stupen- dum miraculum cuiusdam nomine Henrici Kock, Trajecten- sis viri in Hollandia degentis; cuius domus cum incendio absumeret, ille effugiens nudus, primo motu periculum animæ vertens, deinde suam pecuniam incendio absumi posse reoratus, rediit intra incendia, etiam nudus, pecu- niam extracturus se crucis signo munens, & D. Barbaram in- vocans, licet ab imo pedum, usque ad verticem fuerit adu- stus, nec minus intus, quam extra in corpore torridus, asla- tique cadaveris speciem magis, quam hominis præferret, cum veniens ejus ignis vorax absumpsisset, & hiantibus in- guine vulneribus, etiam extra nudæque cremata: nates quoque, & clunes jam flamma voraverat; præcordia, ven- ter, pectus, axilla, collum, ac scapula, non modò adusta, sed inflexibilia quoque, & ut ferrum rigida erant: à vertice de- nique capilli cum carnis defluentes, ut ossa nudantes in genis hærebant, adeoque sicut crematus, ut offibus vix mo- dica adhereret caro tanquam Æthiops nigra. Nam præter oculos, linguam, & eor, quæ per crucis signum, ac beatæ Barbaræ intercessionem divina misericordia adhuc in suo vigore vivebant, nihil in eo manebat reliquum. Erat autem illi ma- gna animi anxietas, quod abque sacramentis moreretur. Quæ res causa fuit, ut vivere, Deo miserante, permitteretur. Elapsus igitur tanto incendio, horrenda, quam diximus, spe- cie; domum filia peti: accurrentesque omnes ad spectaculum hortabat ad rerum contemptum humanarum, prædixitque, se acceptis sacramentis, mox obituro. Hiabant viscera, & erantque in eo omnia mortua, ut ad contactum nil doloris sentiret. Adfuit interim Sacerdos, confessioneque peracta ab- solutus, invocato Dei nomine animam efflavit. Hæc qui adfuit, narravit confessorius Theodoricus Gorgomenis, ocu- latus testis. *Ex Theodorico Gorgom. Sur. tom. 8. 4. die De- cemb. anno 1448.*

CONFESSIO FREQUENTIA.
ET REPETITIO.

D. Bigerus sanctæ Birgitte pater solebat ipse singulis sextis suis peccata sua humiliter confiteri, sapienter his utens verbis: Ita me qualibet sexta feria comparare volo erga Deum, ut quicquid cæteris diebus ille mihi præstiterit, ferre æquo animo possim. Memor erat illius sententiæ: Non tardes con- verti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Fecit consilium filius ejus, quoad vixit, qui etiam post confessionem fecerit acerrimis flagellis cædebat corpus suum, ut paratus in flagella, Christum flagellatum in suo glorificaret corpore, & cum vitis, & concupiscentis viguerit crucifigeret carnem suam. *In vita sanctæ Birgitte apud Sur. tom. 4. Jul. 23. cap. 1.*

Christus, audiente sancta Birgitta, ait: Ei, qui spiritum, & gratiam meam adipisci, ac retinere desiderat, utilis est, crebro peccata, & negligenciam suam coram sacerdote confiteri, ut ex- purgetur. Et cum ipsa Birgitta videret animam mariti sui Do- mini Ulphomii in purgatorio, dixit: O felix anima, quid tibi præcipue profuit ad salutem? Ille respondit: Confessio mea, quam feris sextis (dum sacerdotis copiam habebam) facere

solitus sum, cum firmo me emendandi proposito. Ipsemet Birgitta, ut in ejus vita scribitur cap. 11. ab infanzia pro mo- re habuit singulis sextis feriis confiteri peccata sua; sed sæ- pius eo minime contenta, quolibet die crebro confitebatur etiam levicula verba, & cogitationes. *Lud. Blif. Monil. Spir. cap. 5.*

Quædam monastici ordinis Virgo, quæ piè admodum vi- xerat, veniens ad mortis horam, purgari ante exitum debuit ab hac culpa, quod quandoque gratiam sacramentalis con- fessionis neglexisset. Nonnunquam enim, cum alie sociæ Virgines ad confessionem coram sacerdote faciendam sese præpararent, illa nullum in conscientia sua gravioris cul- pæ sentiens remorsum, minimè fatagebat per verba sacer- dotis absolvi saltem à pulvere venialium culparum, sine quibus humana vita non ducitur; sed simulabat interdum dormire, quando sacerdos confessiones receptorum aderat. *Ibid.*

Joannes avus Lydvini virginis sanè admiranda, vir fuit vite laudabilis, reclus, & timens Deum; & qui defuncta uxore permansit viduus, corpusque attenuavit inedia, bidua- nis, ac triuaniis jejuniis hebdomadam illud afficiens, eique esset non nisi panem, & aquam præbens, Domino fideliter ferviens die, ac nocte. Confitebatur semper peccata sua sab- bathi die, orabat multum, animi piissima suavitate lique- scens, & sacrosantam Eucharistiam ferventissimo amore, de- cimoquinto quoque die percipiebat. *Joan. Brugm. in vita Lydvine part. 1. cap. 1. apud Sur. 14. April.*

Anno post Christum natum 1538, Ignatius Loyola, alii- que Patres, sua quisque provincia bene gesta, Romam (uti decreverant) circa mediam Quadragesimam convenere. Te- sto recepti sunt à Quirino Guarzonim cive Romano, ad vil- lam Minimorum Fratrum coenobio proximam. Ibi in summa omnes egestate precario vicitantes, communi consilio ad rem Christianam pro viribus adjuvandam aggressi, permisit- que Antistitem, varia Urbis templa sortiti, concionibus pri- mum civitatem ad omnes officium, atque virtutem vehemen- ter accendere: deinde etiam veteri Ecclesiæ instituto plebem, puerisque Christiana catecheli (quæ jam diu obsoleverat) vicatim erudire insisterunt. Ac licet piis eorum studiis demon- omni conatu se opponeret; tamen partim exemplo vite, partim assiduitate dicendi, hortandique, cum alia multa prope- diem assecuti sunt, tum verò præcipue, ut sacra Confessio- nis, & Eucharistia frequens usus (quo nihil est humano ge- neri salutarius) diaboli fraude jam pridem extinctus, magno utriusque Christianæ Reipublice commodo, in principe, magi- straque orbis terrarum Ecclesiæ revivisceret. Ex quo deinde paulatim effectum est, iidem scilicet adiutoribus, non solum ut in Italia, Gallia, Hispania, cæterisque Catholicis Europæ regionibus, verum etiam in ipsa India, atque adeo in ultimis terris, ubi paulo ante ferales demonum dapes, & nefaria sa- cra vigerant, jam nunc, ingenti bonorum gaudio, per Poeni- tentiæ sacramentum frequenter elucis animi fordidus, divina passim convivio celebrantur. *Pet. Mass. lib. 2. de vita Ignatii, cap. 7.*

Habitu religionis Ordinis sancti Francisci susceperat, quidam Frater, qui exterius eximie sanctitatis videbatur, sed tamen admodum singularis. Hic ita districte silentium ob- servabat, ut non verbis, sed signis, & nutibus confiteretur. Cùmque ut sanctus ab omnibus laudaretur, eo veniens B. Fran- ciscus, dixit: Sinite, Fratres, nec mihi diabolica signenta in eo laudate. Moneatur semel, & bis in hebdomada confiteri: quod si non fecerit, diabolica tentatio est; & fraudu- H- lenta deceptio. Momentibus ergo illum Fratris, digi- tum imponebat ori suo, & caput excutiens se nullatenus confessorium asserbat. Non post multos dies ad vomitum rediens, religionem dimittens in flagitiosis actibus vitam finivit. *S. Anton. 3. part. Geron. Tit. 34. cap. 2. §. 1.*

NEGLIGENTIA PUNITA.

Valtbertus Comes Arkenfis, propè Audomorum, spectata probitate, ac pietate vir, vite suæ cursum ex consilio serè Ber- gini moderabatur. Delicta namque sua apud eum oris con- fessione expiabat: eratque ipsi, & Rogentridi ejus uxori à con- fessionibus beatus Pater. Qua de causa ad eum crebro veni- bat, & salubres admodum de æterna salute sermones con- ferebat, ejusque deinde potius benedictione domum cum gaudio redibat. Quodam verò die in Ecclesia S. Audomari reliquis inelyta, precibus absolutis domum contendit, negle-

neglectaque consueta Bertini benedictione, equum conscen-

In vita S. Guilonis Confessoris de quodam Bertholdo scri-

Frater quidam in monasterio, quod in Francia apud tur-

Licet hic adferre exemplum, quod adfert Joannes Egidius,

ruerunt. Tunc illa, Nolite timere amici Dei nam ego sum

In Italia quadam civitate quondam fuit nobilis Femina,

Non est hoc loco digna res litteris supprimenda. Utebat

vestigia, simulque foetidum percipit odorem, locum be-

Cum S. Bernardus aliquantulum jam in Claravalle expleset

RETRICENTIA ALICUJUS DELICTI Vindicata.

Non est hoc loco digna res litteris supprimenda. Utebat

sed adversa crucis objectu à Cornelio fugatum : ut autem re-

Ex litteris annuis Societatis accepimus hoc, quod nunc

In Provincia Peruana ea parte, quae Iritanorum est, Ca-

CONFESSIO GENERALIS QUAM UTILIS, ET FRUCTUOSA.

Divus Eligius Noviomensis Episcopus, cum jam virilem

tionem carnis spiritus fervore resistere, in laboribus scilicet, secundum Apostolum, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in patientia multa, & charitate non ficta. *B. Andoianus Episc. Rhodomas, in ejus vita lib. 1. cap. 7. apud Sur. tom. 6.*

S. Engelbertus Episcopus Colonienfis, assumens aliquando Episcopum Mindensem in sacellum suum, solus soli cepit confiteri omnia peccata sua ab ineunte aetate, cum tanto jmbre lacrymarum, ut totum pedus ejus infunderent, & cordis maculas crebris stillicidiis, ut speramus, diluerent: cumque Dominus Mindensis ei diceret, Timeo adhuc latere in conscientia vestra, quod mihi dictum non sit, respondit beatus ille: Dominus scit, ex industria me nihil subscivisse. Postquam tamen plenus cogitans de peccatis suis, summo mane in priorem locum ducens confesorem suum, in spiritu humilitatis, & in animo contrito, quod memoria occurreret, rursus cum tantis lacrymis confessus est, ut in tanto viro lacrymarum gratiam mirari non sufficeret Mindensis Episcopus. Sic se contritione cordis coram Domino maculavit, & oratione mundavit, antequam morte afficeretur. *In vita ejus apud Surium tom. 6. lib. 2. cap. 4. B. Nov. die 7.*

CONFESSIONIS MINISTER.

S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis solebat gaudens cum gaudens, & flens cum flentibus esse: siquidem quotiescumque illi aliquis, ad percipiendam poenitentiam, lapsus suos confessus esset, ita flebat, ut & illum flere compelleret: videbatur etiam sibi cum jacente jacere. Causas autem criminum, quas illi confitebantur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur, bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Deum sint magis, quam accusatores apud homines. Nam & secundum Apostolum, circa hujusmodi hominem confirmanda charitas est, quia ipse sui accusator est: nec expectat accusatorem, sed praevent, ut confitendo suum allever ipse delictum, nec habeat, quod adversarius criminetur. Ideoque scriptura dicit: Justus in principio sermonis accusator est sui. Vocem enim eripit adversario, & quasi dentes quosdam, paratos ad praedam criminum infert, & peccatorum suorum confessione confringit, dans honorem Deo, cui nuda sunt omnia, & qui vult vitam magis peccatoris, quam mortem: nam ipsi poenitentem non sufficit sola confessio, nisi subsequatur & emendatio facti, ut poenitent non faciat poenitenda. *Paulinus Presbyter in ejus vita apud Sur. tom. 2. April. 4.*

Eodem modo se gessit S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus, ut refert auctor in vita ejus. Clemens enim poenitentes, humiliterque suscipiens, patientissime audiebat, aliquando flens ipse cum flentibus, aliquando vero ad lacrymas suis eos excitans flentibus: quod uno liquebit sufficiens exemplo. Vir Deo charus Gualterius, cognomento Calnefius, qui apud nos in monachatu diu laudabiliter vixit, & obiit, solebat referre, quod cum in saeculo positus suas ei confiteretur offensas (erat enim in Ecclesia Gratianopolitana litteris, & honoribus praclarus) incubuerit ipse super caput ejus, & tantam vertici lacrymarum infuderit copiam, ut madefactis capillis, deorsum etiam rivuli per contentis ora defluerent. Porro mulierum confessiones non minus caute, quam benigne suscipiebat. Non enim in angulis, aut obscuris, aut secretis locis eas audire solitus erat, sed potius ubi a pluribus D conspicitur posse: & aures quidem satis familiariter applicabat: oculorum autem in alteram partem vertebat aspectum, auditum solum, propter insidias diaboli, hujusmodi negotiis asserens applicandum. *In vita ejus apud Sur. tom. 2. 1. Apr.*

Jurisdem quoque generis est, quod de S. Eustachio Abbate Luxoviensi legitur: hic enim gaudebat cum gaudens, & flebat cum flentibus: quoties enim ei aliquis ob recipiendam poenitentiam lapsus fuisset confessus, ita flebat, ut & illum flere compelleret. Causas autem criminum, quas poenitens illi confitebatur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur; bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint, quam accusatores apud homines. Nam secundum Apostolum circa hujusmodi hominem confirmanda charitas est: quia ipse sui accusator est, nec expectat accusatorem, sed praevent, ut confitendo suum abluat delictum. Humiliat etiam animam suam, sicut David sanctus, qui postquam audivit a Propheta, Dimissum est peccatum tuum, humilior factus est in emen-

tatione peccati, ita ut cinerem sicut panem manducaret, & porum suum cum fleu miseret. *Jonas Scotus in vita ejus Sur. E. 29. Maii.*

Francisci Brixienfis, Ordinis S. Francisci Religiosi conventus S. Bartholomaei Apostoli, prope Fulgineum, ad proximis, fideique domesticos tanta erexit charitas, ut si aliquis minus vere poenitens sacram confessionem sibi aliquando excipere contigisset, lacrymis obrueretur, ut ipsum ad perfectam poenitentiam, justaque errorum compunctionem adigeret. Cumque a quodam sibi familiari fratre semel importunus, quid ipse aliorum peccata, atque impoentiam curaret, quae de causa tantopere fleret, interrogaretur? Respondit, cuiusque veri fidelis esse, in Deum Opt. Max. offensiones, & piacula commissa deslere, atque cuique, maxime vero Minorite, qui peccata populi comederet, de proximo suo mandatum esse. *Franciscus. Gonzaga de origine Seraphicae relig. part. 2. conventu g. Provin. S. Francisci.*

Sacerdoti cavendum, ne qua nimis acerba increpatione conturbet confitentem, & vulnus, quod leni fletu curandum est, durius contructans exasperet, ac superare cogat, ne forte & ipsi contingat, quod contigit Cuidam in Aegypto refert Joannes Cassianus: qui monachum adolescentem cum in confessione audisset libidinis incentivis identidem urgeri, immoderata reprehensione prope ad desperationem compulsi, indignum monachi nomine contestans, cuius peccus impudicus cogitationibus parere poterit. Sed mox ipse iusto Dei iudicio eadem tentatione tam vehementer inquietatus cepit, ut & hic fenex, sicut & ille juvenis, jam ad saeculum redire fecum in animo versaret. Ceterum sapientia, ac sanctitate praeditus Apollo Abbas, juvenem vultu demissum cernens, cum tristitia causam didicisset, blandi consolatus est, docens non esse malum scda cogitatione impugnat, sed vici: nam te quoque idem saepe passum, Deo tamen adjuvante nunquam succubuisse. Deinde fenem, jam relicto, in quo aetate egerat, tugurio, vagum, profugumque ad se advocans, ut rediret, admonuit, & jam fuerat expertus imbecillitatem, aliena miseri diceret, non irasci. Posthac pro illo precatus tentationem oratione abegit. Improvidus igitur iste confessionis auditor, nonne & se, & confitentem perditum islet? Nonne caecus caecum ducens ambo in mare corruissent, nisi Apollo Domini miserantis nutu movem suam utriusque supposuisset? *Capitulum G. quae ab Apostolo praecipitur est: Si praecipuum fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritalis estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne tu teneris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Marul. lib. 4. cap. 11. ex Cas. coll. 2. cap. 13.*

S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus, cuius vitam scripsit Guido vir venerabilis, & quintus magne Carthuse Prior circumspicione valde admiranda suscipiebat. Verba auctoris referam, quoniam utilissimum animabus doctrinam continent. Porro, inquit, mulierum confessiones non minus caute, quam benigne suscipiebat. Non enim in angulis, aut obscuris, aut secretis locis eas audire solitus erat, sed potius ubi a pluribus conspicui possent. Et autem quidem satis familiariter applicabat, oculorum autem in alteram partem vertebat aspectum; auditum solum, propter insidias diaboli, hujusmodi negotiis asserens applicandum. Quam videlicet oculorum custodiam incredibilis semper, & ubique circumspicione servabat, ita ut cum potentes, ac nobiles mulieres (juxta illud Apostoli, Cui honorem, honorem) ad colloquium honorifice, hilariterque frequenter suscipere, multam coram fe, diuque tractantium facies penitus non videret. Dicebat enim, cogitationes illas difficillime posse vitari, nisi quis corporis sentus vigilancia multa compresserit: intrare autem, secundum prophetam, mortem per has quasi fenestras, & ingredi domos nostras. *In vita ejus apud Sur. 1. die April. tom. 2.*

LUTHERANORUM ABSOLUTIO.

In bello Livonico reperitur historia, quam hisce verbis vir equidem praestanti pietate, ac summa eruditione D. Vilmanus Bredembachus commemorat. Quodam in pago, inquit, a tribus milliariis ab urbe Torpanti distito, quidam Lutheranus Ecclesiasticus anno 1555. tringinta circiter agricolas ad gentem provolutos habebat, quos confessione facta, sacramentali absoluteione e peccatis exolvere debebat. Mandat igitur omnes Deo confiteantur, solidum, five nummulum (quem confitentes Parocho dare consueverant) altari imponere jubet: deinde certam absoluteionem promittit, poenitentiam,

et satisfactionem commentum esse Papisticum, hanc A nequitiam requiri. Erat autem inter confitentes quidam praerails simplici ingenio, qui Domino suo jumentum furti abegerat. Hic absoluteionem consecutus domum izetabundus revertitur, gaudium ex felici confessionis successu conceperat propterea in uxoris sinum effundit. Metuebam, inquit, cum parochum confessorum accederem, ne juberet abductum taurum restituere, aut gehemae incendio me furtum laiturum minaretur: jam autem uno recepto solido, omnes mihi noxas ignovit. Non multo post, idem alium bovem, & in ipso facinore deprehensus, fatetur, nequitiam fe illud admisisse fuisse, si non tam facile fe praevisisset parochus in delictis ignoscendis: caque res plurimos ad gravissima facinora stimulabat, adeo ut summam in domestica familia perdidam patresfamilias perenscerent, ac tam exitiales istius Evangelii fructus graviter abominarentur. *Ex historia Livonica ann. 1564. a Vilmano Bredembachio descripta Franciscus Coferustradi. de Indulgentiis.*

CONFESSARIUM ABSENTIA SUPPLETUR.

B Quidam de diocesi Aboensis venit Romam, ignorans idioma Svecicum: quem cum nullus Romae intelligeret, nec confesorem habere posset, consulit dominam, quid ageret. Tunc domina in spiritu audivit, Jesus Christus filius Dei loquitur. Homo ille, qui te consuluit, plorat, quod non habeat auditorem confessionis suae. Die ei, quod sufficit ei voluntas. Nam quid profuit latroni in cruce? Nonne voluntas bona? Aut quid aperit caelum, nisi voluntas volendi bona, & odiendi mala? Quod vero facit infernum, nisi voluntas mala, & affectus inordinatus? Nunquid non Lucifer bene creatus fuit? Aut ego ipsa bonitas, & virtus, creavi malum aliquod? Nequaquam. Sed postquam Lucifer abusus est voluntate, & movit eam inordinate, factus est ipse inordinatus, & voluntate mala, malus. Propterea ille pauper stit stabilis, & non retrocedat. Et cum ad patriam suam redierit, querat, & audiat labubria animae suae a sapientibus, & voluntatem suam submitat, & obediat magis consilio iustorum, quam via voluntati. Sin autem, & interit morietur in via, etiam si, sicut dixit C latroni: Eris mecum in paradiso. *Ex lib. 6. Revel. S. sanctae Brigitte cap. 15.*

CONFESSIONIS CONTEMPTUS.

Divino iudicio punitus.

Princeps quidam duxit malam vitam, quem cum cohortaretur uxor ejus ad confessionem, dicebat: Non possum confiteri, quia timeo, ne gravis poenitentia detur mihi. Cui uxor. Et quomodo sustinere poteris penas inferni, quae graviores sunt, quam quaevis poena hujus mundi? Cui ipse: Putas, quod infernus sit? aut poena aliqua, aut Diabolus, aut vita alia post vitam hanc? Sacerdotes autem illa inveniunt, ut timeantur. Quae videns, quod nihil proficeret circa eum, dimisit in pace. Quadam nocte cum jaceret in strato suo, demones venientes, & accipientes ipsum de loco suo, ad infernum portaverunt. Uxor autem ejus videns hoc, quia sancta mulier erat, oravit Deum, ut sibi revelaret statum viri sui. Et ecce mane surgens, D corpus viri invenit quasi titonem denigratum, & in manus literam, in qua scriptum erat: Jam certificatus sum, quia infernus est, & timor, quem habui ad agendam poenitentiam, me illuc deportavit. *Guilelm. Pepin. tr. de Confess. cap. 22. tit. d.*

Refert B. Anton. Archiepiscopus Florentin. de quodam Avaro, quod cum infirmaretur ad mortem, parentes, & amici hortabantur eum ad contritionem, & confessionem, respondit, Ego non possum, quia non habeo mecum cor. Cui ille: tu deliras, quid enim est, quod dicis? quomodo enim viveres, si non haberes cor: & quis tibi extraxit? At ille, non deliro, sed verum est, quod dico. Ut autem scitatis verum esse, quod dico, ite ad caplam, ubi sunt pecuniae meae, in quibus spem, & fidem meam posui, & ibi inveniatis: si que desperatus decessit. Cumque illi ad caplam accessissent, & aperuissent, invenerunt, quod ille dixerat, ibi videlicet inter pecunias cor illius miraculose factum, ad inveniendum, quod ibi fuerat affectus ejus juxta illud Christi: Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum *Summa S. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 4. §. 6.*

Scribit idem auctor, fuisse quandam mulierem nobilem magnatum virtutum, fame, & consilii, quae cum virum E non haberet, sibi a servis Dei consultum erat, ut remaneret in saeculo potius, quam monasterium intraret, quia plura bona in saeculo faciebat. Sed instigante demone, qui felici ejus statui invadebat, incidit in fornicationem. Quod illa postea, quam citius perpendens, decrevit ingredi monasterium ad agendam poenitentiam de scelere, & vitanda pericula jam experta. Quo facto dedit fe maximam abstinence, vigiliis, orationibus, silentiis, & lectionibus, nunquam de fornicatione perpetrata praevinculata voluit confiteri. Mortua autem Abbatisa, communi concordia, ista electa est in Abbatisam propter exteriora exempla sanctitatis ejus: quae similiter in magna austeritate debebat, & monasterium administrabat. Post multa vero tempora, cum graviter infirmaretur, rogavit eam quaedam ex monialibus sibi magis familiaris, ut si contingeret eam decedere, sibi post mortem appareret, ad intimandum statum suum. Quod illa promisit, domino dispensante. Mortua igitur cum moniales expectarent de die in diem miraculis illustrari, quadam nocte apparuit illi, cui promiserat, tota turpis, & tristis. Eam agnoscens cum interrogaret de statu respondit: damnata sum perpetuo in ignem aeternum. Quod illa stupens ait: Quis ergo poterit salvus fieri, si tu, quae vitam tam singularem, tam irreprehensibilem, tam austeram in saeculo, & monasterio tenuisti, salvata non es? Cui illa: Non mireris, quia ex una sola causa damnata sum, ex eo nimirum, quod in peccatum carnis in saeculo lapsa, praevinculata nunquam volvi confiteri. *Ibid. tit. 9. cap. 8. §. 2.*

Frater quidam in monasterio, quod in Francia apud turrim super Maternam sub jure nostro est, diuturne aegritudinis necessitate coactus, Rodolphum tunc Abbatem monasterii Catalaunensis, propter medelam tam animae, quam corporis, quarum ille rerum non ignarus erat, ad se venire rogavit. Ad quem ille charitate provocatus venire non distulit, & veniens mox aegrum visitare curavit. Cumque non mediocriter eum gravari infirmitate cerneret, hortari eum ad confitendum cepit. Quod ille se libenter agere professus, confiteri peccata sua, sed non in simplicitate spiritus aggressus est. Nam graviora, & mortifera stulto pudore reticens quotidianantum, & quae leve videbantur, confitebatur. Qua palliata confessione completa, Corpus C Dominicum sibi asseri deprecatus est. Quo allato, & praesumptuoso ore suscepto, cum diu, multumque illud trahere conaretur, nec valeret cum vino, quod susceperat; frustra omnia comminuti corporis Christi in vas, quod ori ejus suppositum fuerat, refundere coactus est. Hoc casu, immo divino iudicio Abbas, qui advenerat permotus, & aegrum non plene confessione purgatum ratus, rursus eum ad monere cepit, ut si aliquod facinus reticuisset, vera confessione sibi revelare non erubesceret. Qui & hortatu ejus, & divino instinctu compunctus, & ad cor reversus est, & quicquid peccatis intus latebat, evomens, crimina, quae ante lethali pudore celaverat, vitali, & vera confessione, non jam fide, sed veraciter, corde contrito, & humiliato patefecit. Cumque omni facie iniquitatis per antidotum Poenitentiae purgatus fuisset, & per Abbatem absoluteionem meruisset, Eucharistiam, quam prius reticere compulsus fuerat, allatam devotè suscepit, & absque ulla difficultate, ut sanctissimus aliquis particulam corporis Christi, quam deglutire non potuit, reticere per frustra compulsus fuerat, post confessionem non solum corpus Domini, sed etiam cibos alios absque ullo impedimento suscepit. Sic igitur confessione, absoluteione, sacramentali sumptione frater ille in Domino confortatus, tribus postea tantum diebus supervixit, & sic defunctus est. Hoc eodem Rodolpho Abbate cognoscens cunctis legentibus, & audientibus communicare curavit. *Ex lib. 1. Miracul. Petr. Venerabil. cap. 5.*